

Nigropontis reuertantur cum eis ad Capitaneum unionis et ibi sint cum alijs nostris predictis et faciant quod est dictum donec aliud ei duxerimus ordinandum. 58

## 42

Μετὰ τὴν συμφωνίαν μετὰ τῶν ἀντιπροσώπων τοῦ Πάπα ἡ Γερουσία ἐκδίδει διαταγὰς διὰ τὴν κινητοποίησιν τοῦ στόλου τῆς ἐνώσεως, διαχειμάσαντος ἐν Εὐβοίᾳ, συμφώνως πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῶν Βενετῶν, διὰ τὴν ἀσφάλειαν τῆς νήσου. Πρὸς ἐνίσχυσιν δὲ τοῦ στόλου τούτου διατάσσεται ἡ διοίκησις Κρήτης, ὅπως προετοιμάσῃ τρία κάτεργα ἐντὸς δύο μηνῶν καὶ τέταρτον ὁ Βάιλος Εὐβοίας, τὰ ὅποια θὰ τεθῶσιν ὑπὸ τὰς διαταγὰς τοῦ Καπετάνου τῆς ἐνώσεως. 1334, Ἀπριλίου 7.

F<sup>o</sup> 57<sup>to</sup> № 443. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die VII Aprilis. 1

Capta. Cum ut scitis captum sit quod nostre galee unionis et Culfi ad inuicem se reperiant in insula Nigropontis ita quod ibi sint per totum mensem maij proximi ut possint cum alijs ordinatis secundum responcionem domini Pape conuenire et intendere ad persecucionem Turchorum etc; et necessarium sit de facto custodie culfi prouidere, ne sic remaneat disfurnitus. Uaudit pars quod cum nauibus et aliter quam citius fieri poterit, scribatur duche et consiliarijs Crete, quod armente tres galeas per duos menses cum uno nobile deinde pro capite earum quod habent libras tres grossorum in mense pro sua prouisione secundum usum. Et ipsas cum omni solicitudine ad nostrum capitaneum unionis destinent; ita quod sint ad ipsum in insula Nigropontis per totum mensem maij proximi uel quam citius poterunt dante Deo. Et similiter scribatur baiulo et consiliarijs Nigropontis quod ibi arment unam quartam galeam, ita quod sit inibi parata et armata per totum mensem maij proximi antedictum, que quidem quatuor galee scilicet Crete et Nigropontis debeant esse cum ipso nostro capitaneo unionis et sibi totaliter obedire pro adimplendo quod est ordinatum de persecuzione Turchorum. Interea autem sint et remaneant galee quatuor Culfi, que iam ut est dictum debent esse per totum mensem maij in insula Nigropontis cum ipso capitaneo unionis donec ille quatuor antedicta de Creta scilicet et Nigropontis ad ipsum uenerint ut est dictum, set uenientibus ipsis quatuor et copulatis cum ipso capitaneo unionis, quatuor nostre ad Culfum deputate, statim ad suam custodiam reuertantur et prouideant de pecunia mittenda pro dicto soldo uel aliter prouideatur ut possit dari dictos soldos sicut uidebitur dominio, intelligendum etiam quod si dicte galee armande steterint ultra dictos duos menses pro dicto seruicio, quod satisfiat eis per ratam. 25

6 non.—10 non sinceri.

## 43

F<sup>o</sup> 70<sup>to</sup> № 543. Ο ἐκλεγεὶς Δοὺς Κρήτης Πέτρος Ζένος νὰ μεταβῇ εἰς Κρήτην διὰ τοῦ στόλου τῆς ἐνώσεως,

